

Ecclesia parochialis titulo sancti Quilici ville Regni

Sita est subtus domos dicti loci, et licet angusta sit tamen capax illius populi.

Tectum pluiosum et minantem ruinam habet.

Pavimentum terreum.

Parietes ex lapidibus solidatis in quibus plura foramina, tantum hostium in parte anteriori habet.

Divisorium in medio et partim diruptum.

Vas aque benedictae lapideum tolerabile.

Altare

Extat sub emicicli et mensam satis ad formam habet.

Iconam pro qualitate loci tolerabilem.

Idem etiam et bradella, et portatile.

Candelabra duo fer[r]ea et crucem ligneam habet, ceteris caret.

Prope dictum altare inest quedam capsia in qua asservantur paramenta ipsius ecclesiae.

Ad sinistram ingredientis inest quodam baptisterium in n[i]chilo ad formam.

[71v] Ecclesia ipsa in muro ad sinistram ingredientis minatur aliqualem ruinam, prout etiam in altera pariete, licet anno preterito reparata fuisset.

Habet campanile inarcatum absque campanis, et duas quas ipsa ecclesia habet sunt diruptae.

Ad presens ipsa ecclesia est absque aliquo rectore et vacare dicitur per obitum patris Baptiste de Lavatogio illius ecclesie ultimi rectoris.

Ecclesia sancti Martini loci Paruli [*sic*]

Dicitur annexa parochiali supradicte sancti Quilici et ex ipsius angustia potius oratorium dici potest.

Tectum tantum ex pessulis ligneis cum trabis et terra in modum terratii coopertum habet.

Parietes ex lapidibus quadratis ex terra construct(os).

Pavimentum terreum.

Altare satis ad formam habet.

In eo [...?] rector sancti Quilici aliquando sacrum misse facit.

Caret campanile et campanis.

Duo hostia satis tuta habet.

Ecclesia parochialis titulo sancti Ioannisbaptiste plebania de Regno nuncupata

Sita est in dicto loco de Regno et capax populi.

Tectum licet tutu[m] a pluvia, tamen aliquantulum vetustum habet.

Pavimentum ex calce stratum et in nonnullis locis deffossatum.

In quo nonnulla sepulcra tolerabilia.

Parietes et intus et foris ex lapidibus nigris solidatis decenter constructos habet.

In medio divisorium et hinc inde sedilia lapidea.

Vas aque benedictae decens.

[72r] Extat in ecclesia usque ad medium quodam solarium ligneum elevatum in quo confratres societatis sancte Crucis conveniunt ad eorum officia peragenda.

Tria ostia habet et satis tute clauduntur.

Sugestum ligneum ad quod ascenditur per scalam prope ostium.

Altare maius sub titulo sancti Ioannis Baptiste

Sub emicicli existit, ad quod ascenditur per quatuor gradus. Mensam lapideam et hinc inde a lateribus asseres additi fuerunt ita ut ad formam reddaretur [*sic*].

Dicitur consecratum existere sed tantum signum crucis in eo apparet.

A parte posteriori inest quodam armarium in quo cereos asservantur.

Crucem ligneam, candelabra duo ferrea decentia habet.

Palio et tobaleis decenter munitum.

Bradellam tolerabilem habet.

Satis prope ipsum altare extat aliud altare nimis angustum et humile.

Dicitur privilegiatum existere, prout ex bulla sanctissimi domini nostri Gregorii papae XIII apparet.

In eo missa celebratur.

Habet crucem ligneam et duo candelabra.

Palium ex cereo [*sic*] aurato habet.

Ad sinistram ingredientis in medio ecclesiae extat aliud altare satis tolerabile beate Marie virgini<s> dicatum.

Iconam decentem habet et bradellam.

Palio et tobaleis decenter munitum.

Habet campanile cum campana unica, et aliam appensam arbori existenti in cimiterio.

Quod circuit ecclesiam et non satis tutum ab ingressu bestiarum, ex quo ostia non clauduntur.

Caret cruce et in eo mortui sepeliuntur.

[72v] Eucharistia

Nullum in ecclesia inest tabernaculum, minusve sanctissimum eucharistie sacramentum in ea asservatur.

Asservatur tamen in ecclesia sancti Antonii annexa plebanie supradicte, que distat a villa Regni per medium miliare.

Et pro defferendo viaticum ad infirmos utitur particulis existentibus in dicta ecclesia sancti Antonii, et quandoque si requiritur ante celebrationem missae eas in ipsa consecrat et post illius celebrationem ad infirmos comunicandos accedit stola et cotta indutus, concomitantibus hominibus deferentibus luminaria.

Circa huiusmodi sacramenti administrationem tam erga infirmos quam in comunibus generalibus rec<te?>te se gerit.

Baptismus

Baptisterium ex calce constructum et lapidibus existit.

Intus vas eneam forma rotunda.

Caret ciborio sed satis tute clavi clauditur.

Ab una parte circundatur cancellis ligneis.

Nullam (lire *nullum*) habet cocleare sed infundit aquam super caput infantis ampulla.

In eo inest sacrarium quod etiam clavi clauditur.

Renovat aquam baptismi quolibet sabbato sancto et veterem per sacrarium emittit.

Admittit tamen patrinum et matrinam si noverint fidei rudimenta.

Habet librum baptizatorum in quo nomina eorum describit.

In celebratione huiusmodi sacramenti servat formam ritualis et satis recte se gerit.

[73r] Olea sacra

Asservantur in vase sta[m]neo forma oblunga t[r]ibus spatiis distin[c]to, oleum infirmorum minime separatum.

Accipit annuatim ipsa olea a reverendissimo ordinario in tribus ampullis sta[m]neis, tam pro se quam pro aliis parochis sue plebanie.

Circa vero huiusmodi sacramenti administrationem servat formam dicti ritualis et recte se gerit.

Penitentia

Confessionale extat in ipsa ecclesia satis ad formam, caret tamen tabellis necessariis.

In ipso audit confessiones stolla et cotta indutus.

Et in imponendis penitentiis et cir[c]a huiusmodi sacramenti administrationem satis recte se gerit.

Idem etiam circa matrimonii celebrationem recte se gerit et servat formam sancte matris Ecclesiae et predicti ritualis.

Parochus

Sive plebanus plebanie supradicte extat r(everendus) pater Martinus Lombardus etatis annorum quinquaginta.

Ostendit literas suorum ordinum et dicti sui beneficii, cuius redditus asserit ascendere ad summam scutorum centum, quorum medietas persolvit annuatim presbyteri Vincentio Aitelli.

Ecclesiae sancti Antonii annexe dicte sue plebanie, prout supra dictum est, enservit quidam regularis ordinis Predicatorum nomine r(everendus) frater Ludovicus Caesis romanus.

Exigit fructus dicti sui beneficii absque difficultate.

Nulli extant in dicta sua parochia publice blasphemantes, usurari, minusve excommunicati.

Pueros docet doctrinam christianam.

Continovo asserit incedere in habitu et tonsura clericali.

[73v] Nullos habet inimicos, minusve per viam arma defert.

Parochia est satis dispersa et ecclesia nullam habet domum canonicalem.

Ipse vero cohabitatur cum fratre uxorato et eius familia.

Adhibet diligentiam in describendis mortuis.

Populo quandoque explicat vim sacramentorum.

Retinet coadi[u]torem et vicecuratum.

Incantatrices, artemve malificiorum et superstitionum in dicta sua plebania asserit non existere.

[...]

Chiesa di San Quilico di Regno

Si racconci il tetto che minaccia rovina.
Si come anco la muraglia dalla sinistra parte.

Battesmo

Il battisterio si riduchi alla forma prescritta nei decreti generali.
Et il reverendissimo ordinario vegha di provvedere quanto prima potrà alla cura di detta chiesa, quale al presente resta vacante, e procurerà che il novo rettore o curato osservi quanto habbiamo ordinato nei decreti generali.

Chiesa di San Martino de Praoli annessa

Si rifacci il tetto più decente et si togli via quella forma di terrazza che conviene alle case private et non a [chiese].

Chies[a] di San Giovanni Battista pieve de Regno

Il pavimento si racconci dove è guasto.
L'altare si riduchi alla forma prescritta nei decreti generali et si togli via chiudendolo quello armario.

[272v] [***] si a[*** pr]ivileggiato [***]nte si ridu[chi a]lla forma de decreti [generali].
[***]a campana [***] all'albero [***] [cim]iterio et [si ponga ***] dentro nella [chiesa?].

[? Il ci]miterio si [chiu]di meglio perché [?sia s]icuro dall'ingresso de gli animali [***] si ponghi la croce alla forma prescritta [nei d]ecreti generali.

Eucharistia

[***]re che causa alcuna possi retardare [? che in] detta chiesa non si tenghi il santissimo [sacra]mento et perciò doverà il reverendissimo ordinario quanto prima fare provvedere del tabernacolo et delle altre cose necessarie prescritte nei decreti generali.

Battesmo

Si provegha conforme a decreti generali delle cose necessarie a questo sacramento e particolarmente del mestolino per infonder l'acqua et non si lasci più infondere con l'ampolla di vetro.

[Olei s]acri

Si provegha dei vasi alla forma prescritta nei decreti generali e particolarmente di quello dell'estrema onzione che sia separato dagli altri con tutte le cose necessarie già prescritte.

Penitentia

Proveghi delle tabelle prescritte nei decreti generali.

Parocho

Provega quanto prima dei libri prescritti nei decreti generali.

